



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 102. Dissidia inter Pragæ novæ, & veteris Præfectos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV. bus vires suas augere constituit; tandem  
A. C. 1434. conceptum animi sui propositum Synod

*Vid. supr.  
§. 64.* Delegatis aperuit, qui & promptum ei  
dem auxilium promisere. Ergo Mainardus  
hac spe fretus, opus aggreditur; nill  
ominus, cum complures Bohemiæ proce-  
res nobilitate sibi superiores nosset, ho-  
rum invidiam amolitus, summae reru-  
præesse renuit. Inter cæteros tamen ge-  
nere clarissimus eminebat quidam, nomi-  
ne Wisenburg (\*\*) veteris admodum pro-  
fapiæ, sed tenuis valde fortunæ vir, quem  
Mainardus per plures annos liberali ma-  
nu adjuvit, ac propterea ad quævis ob-  
quia primum habuit. Hunc igitur Ma-  
nardus se legit, gentisque Ducem declar-  
vit, & quamvis præter solam promptam  
ac fidelissimam obsequendi voluntatem  
nulla bellandi virtute præstaret, nihilomni

*Naucler. ge-* nus eidem Belliducis (Capitaneum vo-  
*uer. 48. p.* vere) nomen asseruit, ipse vero imper-  
452. auctoritatem penes se retinuit.

### §. CII.

*Dissidia inter Pragæ novæ & veteri-  
Præfectos.*

Omnibus hisce provide adeo dispositis

(\*) *Æneas Sylvius*, & alii vocant illum Wi-  
senburg.

Maynardus primo civitatem Pilsenam <sup>Sæcul. XV.</sup> ad excutiendum Huffitarum imperium A. C. 1434. induxit. His cognitis Thaboritæ & Orphani illico ad arma convolant, urbem recuperaturi<sup>(\*)</sup>. Procopius magnus cum alio quodam Procopio (quem parvum nominabant) junctis copiis urbem cingit. Ast ambo obsidionem, quam arctissime urgebant, solvere coguntur, exortis Rochisanam inter & Lupum dissidiis, quorum primus Thaboritarum Dux antiquæ Pragæ imperabat, alter vero Orphanorum Praefectus illi ejusdem urbis parti, quæ nova Praga appellatur, præerat. Horum jurgia ex mutua æmulatione progenita, brevi tam ampla sumperunt incrementa, ut munimentis utrinque erectis una pars Pragensis urbis alteram oppugnare coepit.

### §. CIII.

#### *Utraque Praga a Catholicis capta.*

Comperto hoc tumultu, Mainardus ea occasione opportune usurps, collecta militum manu Pragam veterem invadit, Thaboritas jam antea ab Orphanis multum

(\*) Idem observat, hanc urbem nunquam in Hæreticorum manus pervenisse, nec a fide defecisse.